# SYNOPSIS VETERVM RELIGIOSORVM RITVVM ATQVE LEGVM,

NOTIS AD CONSTITVTIONES Clericorum Regularium comprehenſa.

Bibliotheca Collegij Regalis Salmantini Societatis Iesu.

OPERA ET STVDIO ANTONII CARACCIOLI.

*Eiuſdem Ordinis Presbyteri, S. Theat.*

Secunda Editio compluribus auctior.

D. Ambroſius in 1. Tim. 3. *Antiquitas robur eſt Nouitatis.*

1ª
8478

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

PARISIIS,

Sumptibus NICOLAI BVON, viâ Iacobæâ, ſub ſignis Sancti Claudij & hominis Sylueſtris.

M. DC. XXVIII.

*Cum Licentia.*

num. 18. Caj. 4. num. 17.

# SYLLABVS CAPITVLORVM INSIGNIORVM QVÆ IN HAC Synopſi tractantur.

*De Origine Clericorum Regularium & varia eorumdem inſtauratione.*

*De ſcopo Religioſorum Votorum, eorúmque antiquitate, & conſeruatione.*

*De legibus ritibúſque antiquis retinendis.*

*De Pſalmodiæ, ſtatis horis celebrandæ, antiquitate.*

*De ſtatione, ſiue de ſtandi ritu, in Pſalmodia, ex veteri ritu.*

*De ſacra muſica, per inſtrumenta inanima, & de cantu ſimplici.*

*De cultu & nitore Eccleſiarum, & ſacræ ſupellectilis.*

*De Confeſſionum exceptoribus, eorúmque ſcientia, moribus, ſedibus.*

*De concionatorum fructu, & exitio.*

*De mentali oratione & conſcientiæ examine.*

*De Sacerdotum quotidiana ſacri celebratione, & Clericorum crebra Euchariſtiæ ſumptione, ex Antiquorum monitis atque exemplis.*

*De ritu antiqui funeris inter Religioſos.*

*De Religioſorum antiquorum viuendi ritu ex ſponte oblatis.*

*De vet. Religioſorum veſtium ſchemate, colore, munditie, vilitate.*

*De barbitij & comæ tonſura.*

*De ieiunio Aduentus, &c. è priſco more.*

*De antiquis religioſæ menſæ ritibus.*

*Ægrotorum, ſenum, puerorúmque quanta olim habita ratio.*

*De Nouitiis ritè inſtruendis probandíſque Scholaſticorum quatuor ſcopi, & quinam ex ijs cuſtodiendi.*

*De Religioſi Ordinis adminiſtratione, ex Antiquorum monitis atque exemplis.*

*Quænam præcipua capita ruinæ Religioſorum Ordinum: déque eorum remediis, è ſanctorum Patrum doctrina.*

Ex vetuſta admodum icone Conſtantinopoli olim depicta hanc Sancti Ioannis Chryſoſtomi imaginem typis æneis curauimus exprimendam Cui certe conſentaneum Græcorum Mænologia ubi is deſcribitur modica ſtatura magno capite ampla et rugoſa fronte oculis introrſum recedētib venuſtis tamen & gratioſis preſſis ob maciem genis rara breui et caneſcente barba

I. Le Clerc ex.

# ANTONII CARACCIOLI, CLERICI REG.

## AD PRIMAM PARTEM Conſtitutionum Notæ.

---

### IN TITVLVM.

#### Conſtitutiones.

1 A Titulo nobis incipiendum eſt. Et meritò *Conſtitutiones* dictæ ſunt noſtræ Leges, cùm & Apoſtoli ſuas præceptiones, per B. Clementem editas, titulo *Conſtitutionum*, nuncupauerint.

Hæc quoad nomen. De re ipſa autem, illud ſcito, Clerice Regularis, has noſtras Conſtitutiones, ſiue Leges, magni profectò tibi æſtimandas eſſe, & multis nominibus amandas, charáſque habendas. Primò, quia ipſarum auctor, partim nobilis illa Quadriga noſtrorum Patrum fuit, & in ijs præcipuè magnus ille Carafa ἐπιφάρχης: partim verò congregatio ipſa Patrum, in Comitijs generalibus legitimo coacta modo: & illos quidem, qui ſacrum hoc ſodalitium fundauerunt, iuuat credere (an ne fallimur?) à quolibet noſtrûm (modò mentem tenacem propoſiti habeat, & ſub his ſignis ad mortem vſque animus ſit militare) impensè ſuſpici, & leges ab ijſdem latas religioſè cuſtodiri. Id quippe iure expoſcit illorum Chriſtiana prudentia, auctoritas, religio, & cælo terráque perſpecta probitas. Quæ quidem res, quantùm valeant, etiam vecordes homines ad virtutes erigere, B. Ambroſius aperit, qui disertè, vt ſolet, & grauiter; *Primus*, inquit, *diſcendi ardor, Nobilitas eſt Magiſtri*. Alios verò Patres, qui deinceps comitia celebrarunt, non niſi ſalutaria decreuiſſe, illud argumento eſt, fuiſſe poſtmodum ea ipſa ſummorum Pontificum non ſemel auctoritate firmata. Præterea ſi conſtitutiones ipſas, ritúſque noſtros, & Pa-

ἐπιφάρχης.

lib. 1. Offic.